

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1797

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Pierre, frère du roi Philippe III [autre]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1270, 2 octobre

Lieu d'émission : Carthage

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, ordonne que, s'il meurt avant que son fils aîné Louis ou un autre de ses enfants ait atteint l'âge de quatorze ans, son frère Pierre garde, défende et administre le royaume avec un conseil constitué de membres désignés par le roi, dont l'archevêque Eudes de Rouen et les évêques de Paris, de Bayeux, d'Évreux.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Piolin Paul, Sainte-marthe Denis de, *Gallia Christiana in provincias ecclesiasticas distributa*, t. XI, Paris, Palmé, 1874, Instrumenta ecclesiae Rotomagensis, n° XL, col. 37-38.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia Francorum rex, etc. Notum facimus, quod nos mentis compotes et in bona sanitate, de regno nostro ordinavimus in hunc modum : videlicet quod si nos morte contigerit præveniri, antequam Ludovicus primogenitus noster, vel alter liberorum nostrorum quartum decimum annum compleverit, disponimus et volumus quod Petrus carissimus frater noster, custodiat regnum nostrum, et ipsum principalem tutorem, defensorem et custodem constituimus super regnum prædictum, et pertinentia ad illud, quousque unus liberorum nostrorum XIV annum compleverit, ut dictum est ; tradentes eidem et constituentes secum ad consilium suum, pro negotiis regni faciendis, venerabiles viros Odonem archiepiscopum Rotomagensem, Stephanum Parisiensem, Odonem Bajocensem, Philippum Ebroicensem, episcopos ; Matthæum abbatem sancti Dionysii in Francia, Simonem dominum Nigellæ, Erardum de Valeriaco, Petrum cambellanum, Julianum de Perona, milites ; magistrum Henricum de Vezeliaco et Johannem de Trecis archidiaconos in ecclesia Bajocensi ; Nicolaum de Altolio et Johannem Sarraceni, propter scarios, et propter compotos templi, et alios compotos regni nostri faciendos. Volumus etiam quod dictus Petrus frater noster, ad consilium suum et ad prædicta negotia faciendia, advocet Petrum de Brocia cambellanum nostrum, et etiam alios, quos ad prædicta faciendia viderit necessarios, per consilium prædictorum similiter advocet ad consilium suum, quando viderit expedire. Volumus autem, quod dictus Petrus expensas et missiones suas, quas ipse faciet pro negotiis regni nostri, capiat de bonis regni prædicti, et residuum deponatur Parisius apud Templum, ad custodiendum et tradendum mandato primogeniti nostri, cum ad ætatem pervenerit supradictam, vel si necesse fuerit, pro defensione regni nostri. In cujus rei testimonium, ad robur et firmitatem prædictorum, præsentis literas fecimus sigilli nostri impressione muniri. Actum in castris juxta Cartaginem, die Jovis post festum S. Remigii, anno Domini M. CCLXX.